declarauimus. Manifeſtum autem eſt. ꝙ ignis magis adorare
deberet paleas ⁊ ſtipulam ; & ligna arida: et folles ⁊ inflatio-
nes earum. ⁊ cineres quibus tegitur ne extinguatur. q̄m ado
rari a quoq̄m. Ab his enim ⁊ ex his generatur: & per hec ſub/
ſiſtit. Amplius Non magis parceret ignis adoratoribus ſuis:
q̄ꝫ extinctoribus. eque enim vtroſq; exureret: ſi vterq; in eum
mitteretur Videtur enim Eraclius philoſophus huiuſmodi
ſuperſtitiōis auctor extitiſſe. qui nec virtus eſt: nec erubuit po/
nere principium rerum ignem eſſe preuexerunt iſtam ydola/
triam: quicunq; crediderunt celum ignem vel igneū eſſe. Celo
enim & celeſtibus: diuinitatem attribuit antiquitatis vanitas.
ſicut ⁊ eternitatem: que nō eſt niſi vere diuinitatis. & in his nō
oportet nos amplius immorari.

## De Cultura aeris deſtruenda. C

AEri vero ſimiliter culturam impendit antiquitas: que
et diuinitatem ſimiliter de eo credidit inſania hominū
perditorum: que ⁊ principiū rerum ipſum eſſe delira-
uit (ſicut ſupra oſtendimus ex. xiij. Sapientie) que etiā vitam
nos habere ex ipſo ⁊ per ipſum ſomniauit: propter ſpiratiōeꝫ
et reſpiratōnem. Deinde quia nubes ⁊ pluuias & rores ipſum
miniſtrare creditur. ex quibus fruges ⁊ fructus & vegetabilia
viuere ⁊ nutrire ac creſcere videbantur. ipſum tonitruum etiā
vocem eius eſſe credebant & quia adeo terrificum erat: ipſum
opinati ſunt eſſe vocem dei minantem mortalibus: ⁊ iram eius
nunciantem. quam ſequentia fulgura nō placarentur: iudica
bant Error autem iſtorum manifeſtus eſt: ⁊ ignorantia ſimul
omnino enim neſcierunt (ſicut ſupra tetigimus) generationes
nubium: pluuiarum: ⁊ roris. eſſentiaꝫ vero tonitrui & fulguris
nec cogitauerunt. Certum enim eſt. quia tonitruū eſt ſonitus
colliſionis ventorum: ⁊ extinctionis ignis in nube quēadmo/
dum enim qualem ſonitum efficit extinctio ferri candentis in
aqua Fragor ergo ex colliſione eſt ſonitus: ſequens extinctiōꝫ
Choruſcatio ſplendor eſt ignis: qui generatur ex colliſione.
Fulgor idem ignis eſt: quam violētia colliſionis deorſum mit-
tit. cui propter acumen ſubtilitatis: & vehementiā caloris: cor/
pora inferiora: nulla duricia ſua reſiſtunt Adeo autē proceſſit
ydolatria quatuor electorum: ꝙ etiaꝫ nominibus eorum virtu
tem mirabilem attribuerunt: ⁊ ſcribendas & inuocandas eſſe

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0211
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG